BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 199v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aut negauit me coram homi
nibus negabo et ego eum coram
patre meo qui in celis est. No
lite arbitrari quia venerim pa
cem mittere in terram. Non ue
nem pacem mittere in terram sed
gladium. Veni enim separare homi
nem aduersus patrem suum
et filiam aduersus matrem su
am et nurum aduersus socrum
suam et inimici hominis domes
tici eius. Qui amat patrem et ma
trem aut plusquam me non est me
dignus. Et qui non accipit cru
cem suam et sequitur me non est
me dignus. Qui inuenit ani
mam suam perdet eam. Et qui
perdidit animam suam propter me
inueniet eam. Qui recipit uos
me recipit et qui me recipit re
cipit eum qui misit me. Qui re
cipit prophetam in nomine pro
phete mercedem prophete acci
piet. Et qui recipit iustum in
nomine iusti mercedem iusti ac
cipiet. Et quicumque potum dede
rit uni ex minimis istis calicem
aque frigide tantum in nomine
discipuli. Amen dico uobis non
perdet mercedem suam. XI

Et factum est cum consum
masset ihesus precipiens
duodecim discipulis suis
transiit inde. Vt doceret et pre
dicaret in ciuitatibus eorum
Johannes autem cum audisset in
vinculis opera xpi. mittens duos
de discipulis suis ait illi. Tu es
qui uenturus es an alium
exspectamus. Et respondens
ihesus ait illis. Euntes renun
ciate iohanni que audistis et
uidistis. Ceci uident. claudi am
bulant. leprosi mundantur. sur
di audiunt. mortui resurgunt
pauperes euangelizantur et be
atus est qui non fuerit scanda
lizatus in me. Illis autem abeun
tibus. cepit ihesus dicere ad tur
bas de iohanne. Quid existis
in deserto uidere? Harundinem
uento agitatam? Sed quid ex
istis uidere? Hominem mollibus
uestitum. Ecce qui mollibus uesti
untur in domibus regum sunt.
Sed quid existis uidere? prophe
tam. etiam dico uobis et plusquam
propheam. Hic est enim de quo scrip
tum est. Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam qui
preparabit uiam tuam ante te. Amen
dico uobis. non surrexit maior
inter natos mulierum iohanne
baptista. Qui autem minor est in
regno celorum maior est illo.
A diebus autem iohannis bapte
usque nunc regnum celorum vim
patitur. et uiolenti diripiunt
illud. Omnes enim prophete usque
ad iohannem prophetauerunt. Et
si uultis recipere ipse est hely
as qui uenturus est. Qui habet
aures audiendi audiat. Cui
autem similem estimabo genera
tionem istam? Similis est pue
ris sedentibus in foro qui cla